GVILIELMI BOEKELI I.V.L.
Stendalii Marchiaci

VISIONES
ſiue
DISQVISITIONES PVBLICÆ
DE
PVBLICIS IVDICIIS

ex

I. DIVIN. PVBLIC. ET PRIVATO, COMMVNI, ciuili, Canonic. Feudali; vt & variis S. R. G. I. Conſtitt. nouiſſ. tam ciuilibus, quam criminalibus, ordinatione Cameræ Imperial. diuerſiſque regnorum Franciæ, Hiſpaniæ, Italiæ, aliorumque multorum LL. CC. ſtatutis municipalibus, rebus iudicatis, moribus, nec non plurimorum Ducatuum, plurimarumque ciuitatum Iur. Prouincialibus, reformationib. for. Eccleſiaſt. & ſecular. innumerorumque Dd. libb. conſiliis atq; præiudiciis in publicam lucem productæ, ſicuti & Philoſophorum Claſſicorum axiomatibus, Medicorum regulis & aphoriſmis, exemplis Hiſtoricis atque monitis Politicis illuſtratæ.

STVDIVM BONI PVBLICI ANteponendum priuato.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -

FRANCOFVRTI
Sumptibus Aubriorum & Clementis Schleichii.

ANNO M. DC. XXVIII.

S. R. G. I.
PP.

Reuerendiſsimis, Illuſtriſsimis, Celſiſsimis ac Poten-tiſsimis DD. DD.

CHRISTIANO EPISCOPO MINDENSI
AVGVSTO EPISCOPO RATZBVRGENSI
FRIDERICO PRÆPOSITO BREMENSI
MAGNO
GEORGIO
IOANNI

DVCIBVS

BRVNOVICENSIBVS ET LVNÆBVRGENSIBVS Dnn. SVIS CLEMENTISSIMIS, &c.

nec non

Veteris totius Marchiæ Proceribus,

VIRIS

MAGNIFICIS, GENEROSIS, GRATIOSIS, &c.

ſimul ac

VIRIS

MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS, CONſultiſsimis & Clariſsimis Imperialis vrbis Hamburgenſis & Brunouicenſis & Prouincialis Lunaburgenſis COß. Ædilibb. & Senatoribus eminentiſsimis Fautoribus ſuis beniuolis d. d. d.

GVIL. BÖKELIVS. I. V. L.

IN tota hac totius huius Vniuerſi Machinâ, diuinæ bonitatis pleniſſima ſtructura *Reuerendiſsimi, Illuſtriſsimi, Celſiſsimi ac Potentiſsimi PP. ac DD. DD Clementiſsimi; Illuſtres Veteris totius* MARCHIÆ *Proceres, Viri Generoſi, Gratioſi, Magnifici, Ampliſsimi, Clariſsimi, Conſultiſsimi ac Prudentiſsimi COß. Ædiles, Senatores Ciuitatis Imperialis Hamburgenſis, Imperialisq; ciuitatis Brunouicen-*

DISQVISITIO I.
ad
TT. D. C. de Publ. Iudic. & tit. Inſtit. eod. & I. Canon. lib. 2. tit. I.

I. IUDICIA, Δίκαι, δικαστήρια Budæ. & Theophil. h. pri. à Iudicãdo dicta, à ſententia, qua judicatur Donell. *lib. 7. Comm. c. 3. n.* 10. vel q. Iuridicia, cum ibi, quod dicitur, jure dici debeat, vnde judicem q. Iuridicem denominãdum putat Caſſiod. 11. *var.* 9. ex neceſſitate ſunt adinuenta, ne quis ſibi jus diceret Marant. *p. 3. part. n.* 135. ſunt munera publica *l.* 14. §. 1. *D. de muner.* publici juris *l. nullus.* 13. *C. de Iudæis.* neceſſaria Hippol. Marſil. *ſing.* 7. 127. Weſenb. *tit. C. de judic.* Iuſtitiæ miniſtrationes Marant. *diſt. 2. tit. d. judic. tel. n.* 12. quæ diſcutiendarum gratia fiunt in jure à judice. Aſcon. & *c. forus. d. V. S.* cuius in facti dijudicatione conſiſtit officium, in applicatione juris ad factum & exequutione, Köppen. *lib. 2. obſerv.* 116. Etenim judiciorum finis eſt jus, ex quo etiam nomen a jente Ciceron *in Topic.* Cuiac. *in C. de judic.* quibus omne jus concluditur *l. 2. §. 2. D. d. orig. jur. d. l. nullus.* 13. *C. d. Iudæ.*

DISQVISITIO I.
ad
T T. D. C. de Publ. Iudic. & tit. Inſtit. eod. & I. Canon. lib. 2. tit. I.

I. QUIA verborum prior, rerum potior habenda ratio Decian. *lib. 1. c. 1. n. 1.* alias ſimpliciter dicta variè dicũtur, aut Κρίσεις, mentis diſcretiones ſeu intellectualia judicia *l. 12. §. 2. D. d. judic. l. 41. §. 6. D. de fideic. libertat. §. 1. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* caſus fortuiti, vltimæ voluntates *l. 32. §. 1. D. d. inoff. teſtam. l. 16. C. famil. herciſc. l. 22. D. d. adoption.* actiones *l. 41. D. d. judic. l. 1. C. d. contr. jud. tut. l. 1. C. fam. herciſc.* opiniones ſeu exiſtimationes Cic. *de clar. orat. & pro A. Cæcinn. & Roſc. Comœd.* Rolãd. Rodulphin. *in ſumm. art. notar. p. 2. c. 9. d. judic.* aut quod importent actum judicij trium perſonarum *c. for. d. V. S.* vel quatuor, Actoris, Iudicis, rei & teſtis, vel ordinem juris & locum *l. 2. §. 4. D. ſi quis caut.* & vbique; item Iuriſdictionem *l. 2. §. vlt. D. de judic. l. 2. C. de libert. & eor.* authoritatem, arbitrium boni viri, examinationem, condemnationem *l. 1. l. 6. pr. D. de confeſſ. l. vn. C. eod. tit.*

ſenten-

CORONIS

Hac

Iurid. Politic. Hiſtor.

Quæ

PER MANTISSAM ADIECTA, & nudis vacuiſque pagellis inſerta,

COROLLARIE HAS DE IVDIC. Public. Viſiones coronet.

ROm. *Imerij Princeps* tenens Imperium *Nouell.* 89. quāuis δύσκολος, impius & cōtemptor LL. tamen Pater eſt *Nouell.* 12. *c.* 2. *Alber. Gentil. de vi in princ. iniuſt. Arniſæ.* 3. *de iur. Maieſt. Bodin. li.* 2. *de Repub. Barclai. contr. Monarc. hom. lib.* 3. *c.* 16. etiamſi Leo ſit rugiens & vrſus eſuriens *Prov.* 18. v. 15. etiamſi omni turpitudine ſe maculet, iniuri⁹ & iniquus exiſtat æquius id quod validius, habendo, vulnerando magis, quam ſanando, vt crudelis tortor, & humanæ adflictionis ſpectator; Etenim in ipſum nemo poteſtatem habet *Sapient.* 6. v. 4. æquum eius & iniquum ferendum eſt Imperium, &, ſi impium, modeſte deprecandum *ICt. VVeſtph. d. iur. Princip.* neque obteſtandus eſt Deus, vt ipſi apud Inferos locus ſit; ſi nocentes punit, cedendum eſt iuſtitiæ, ſi innocentes Fortunæ *Senec.* 2. *d. ira. c.* 3. & ſine ſcelere ēt ſceleratiſſimo Principi inſultare mala mēs vel bona quoque ad malitiam prouocata, nequit, manuſque violentæ nequeunt inferri *Exod.* 22. 1. *Reg.* 8. 1. *Reg.* 24. 26. *&* 2. *Reg.* 1. *&* 6. *Actor.* 23. *Roman.* 13. 1. *Timoth.* 2. 1. *Petr.* 2. *Franciſc. Iun. d adminiſtr. Eccl. ſ. natur. cap.* 5. *lib.* 3. *Velloſillo qu.* 18. *aduertent. Theolog. Ammirat. lib.* 19. *cap. vlt.* neq; temere mittenda eſt manus in regiæ ſtirpis Principem *Thuan. lib.* 26 *pag.* 625. *vol.* 1. quini multo minus in ipſum caput regium, quod ſacrū audit, quode us dedit Anshelm. vide Cluten. ſyllog. rer. quotid. theſ. 7. dans & collocans ſceptra illius in vertice rerum *Danth. Aligher. de Monarch. libro* 2. *Guido du Bruecqs c. d.* Imp. Rom. in mund. imperior. quod cōſtitutū à Deo profana